

MEDITATIONES SACRAS

ex Matth. XXVI, 57. 68.

DE

PASSIONALI CHRISTI
CAPTIVI AD SINEDRIUM AB-

DUCTIONE ET CONSISTORIALI

EJUSDEM PASSIONE

DEO FAVENTE

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO

V I R O

Summè Reverendo, Amplissimo atq̄, Excellentissimo

DN. JOHANNE *Deutschmann*/

S.S. Theol. Doctore & Prof. Publ. Celeberrimo, nec
non Elect. Alumn. Ephoro

gravissimo,

Dn. Patrono, Præceptore ac Promotore suo omni

observantiæ cultu, ætatem suspiciendo

defendendas sibi sumsit

M. MICHAEL *Krößner* / Dresd.

Sereniss. Elect. Sax. Alumnus

Ad diem April. Anno Christi 1671

In Auditorio Majori

Literis Joh. Borckardi Acad. Typogr. Excud. Simon Lieberhirt.

diss. A

20

H. A. 102 (20)

[Handwritten signatures and marks]

Mon...

MEDICINA
DE

PASSIONIS ALII CHRISTI
CAPTIVI AD SINEKURUM AB
DUCTIONE ET CONSISTORIALI

EPISCOPALI PASSIONE

RECTORE ANTONIO



Summe Reverendo, etc.
D. S. Theol. Doctor & Prof. etc.
non hinc sicut ipse
Da hinc, etc.
M. J. HALL, etc.
1771

Passio quæ Christi, est operatio vera salutis,
Nam datur in Christo sic *paciente salutis.*
A multis passus, quo multis dona salutis
Conferret Christus, manat ab inde salutis.
Hæc meditare pio conamine, CLARE MAGISTER,
Christus id à dextris ipse videbit ovans.
Atq; pium studium, multiplice foenere dives,
Ipsc coronabit, quod mea vota ferunt.

Johannes Deutschmann/D.

Quod sine labe omni, qui solus criminis expers,
Ut causam dicat, ducitur inde reus.
Exhibet hoc ipsum, quod jam defendere tentas.
Tentamen laudo, Krösner amande, Tuum.

L. M. Q. adj.

Johannes Andreas Quenstedt, D.

Ascende lætus, quo rapit Te fervida
Cupido discendi. Juvat laus publica.
Angerur ardor, fortiusq; litteras
Amplectitur, cui sunt timendæ plurimæ
Fastidiosæ aures. Deus faveat Tuis
Cæptis, & ad majora vires suggerat!

Michael Veltherus, P.P.

Iam patitur Jelus magnos multosq; dolores,
Liberet nē cunctis nos patiēdo malis.
Hæc tormenta piis discursibus, optime Fautor,
Exponens, studium cum pietate probas.
Gratulor hifce tuis curis, Tibi passus Jesus
Adsit, & usq; rogo, prosperet acta tua!

Clariss. Dn: M. Kroesnero Amico meo

honoratis. publice disputanti hæc gratulab: scribeb:

M. Georgius V Wagnerus,

Fac: Phil: Adj.

CLARISS. DN. M. RESPOND.

Sæpè virtus esse solet
Ipsa sibi præmium,
Si Labor Cleanthis oleæ
Elegans Ellychnium,
Mi KROESNERE, cùm quæ Menti
Compararis studia,
Nobis sistas in præsentia
Scita, docta, varia;
Hinc mactaris variorum
Gratulationibus:
Et cum velis me Tuorum
Interesse plausibus,
Habeas prosperitatem,
Voveo cordicitus!
Quamq; vis felicitatem,
Apprecor animitus.

Tuus,
quem nôsti,

M. Salomon Stepnerus.

Doch höher steigt sein Sinn. Er läßt sich nicht um-
schrecken
Mit dem/was Ihm nicht längst die Musen wollen
schenken.

Er schwingt sich Erden ab hin zu den Sternen nan/
Nach art des Adlers und geht die hohe Bahn
Die zu der Ehre führt. O edeles Beginnen!
Der Himmel lacht dazu / läßt süßen Nectar rinne
Auff sein gelehrtes Haupt Er / Gönner/fahre fort:
Zeigt sich doch allbereit der sichrer Ehren port.

Des Hrn. Churfürst/Steuer Einnehmers
sämmliche Tischgenossen.

HOMILIAE PASSIONALES

HOMILIA I. PASSIONALIS Ex Matth. XXVI. 57. 58.

DE PASSIONALI CHRISTI CAPTIVI
AD SYNEDRIUM ABDUCTIONE.

P *Rel. ex Gen. XXXVII, 24. Cum fratres Iosephi, filii Jacobi, Iosephum innocentem ob veritatis & pietatis studium impietatis fraternæ odium & indicium v. 2. & futurum super reliquos dominium v. 5. seqq. captivassent, & de horrendo fratricidio deliberassent, acceperunt eum deducentes ad foveam, in quam fratrem, & futurum suum Dominum coniecerunt. Judæi, Jacobi filii, & secundum carnem fratres Christi, causas ob easdem, nimirum propter veritatis & pietatis studium, pharisaicæ hypocrisæos & notoriæ impietatis indicium, & futurum super eos Dominum, Salvatorem nostrum innocentem, celestem Iosephum, captivarunt, eumq; deduxerunt ad spiritualem, vel mysticam foveam, Synedrium Hierosolymitanum (quod multis de causis illi foveæ deserti conferri potest) deduxerunt, ut in eodem omnis generis mala pateretur, de qua Passionali deductione Matthæus hic verba facit, quæ de causa nunc agendum de Passionali Christi Captivi ad Synedrium abductione.*

Gen.
XXXVII.
24.

Synedri-
um foveæ
mysticæ.

Exord. Ex Psal. IV. 3. Mirificavit Dominus sanctum suum
Lutb. der Herr führet seine heiligen wunderbarlich / Hebr. in singulari ponitur הוֹדוּתוֹ. Hæc verba quidem primo intuitu de Davide, sicut Psalmscopus, textus & usus indicant, intelligitur, & mediante Davide de quibuslibet piis exponitur: Deus enim mirificat, vel admirabiliter dicit quemlibet piorum in viâ vocationis, in via tentationis, in via persecutionis &c: B. Lutherus tali paraphrasi præsentia verba illustrat: Er führet seine heiligen wunderbarlich / der Wagen / da Gott seine Heiligen auffführet / ist wunderbarlich / und er führet sie über Stock und Stein! Berg und Thal / Wasser / Luft und Feuer / da offt die ganze Welt saget / Er wird ihnen die Hälse enghen führen und abstürzen. Et sicut hoc de fidelibus membris est verissimum, ita de fidelium capite, nem. Salvatore Christo, negari non potest. Mirabiliter ipsum

Psal. IV. 3

N

duxit

HOMILIAE PASSIONALES

*Ductus
mirabilis
principi-
um.*

duxit in infantia, in tota vita, per tot calumnias, persecutiones & odia totius sacerdotalis ordinis, Pharisaorum &c: praecipue vero mirabiliter eum duxit in ultima passione. Hinc non incommodè, cum singulariter textus Hebraeus sonet, haec verba Davidis de Capite fidelium, de Sancto καὶ ἐξοχῆν explicant. Ostendunt enim verba Davidis (1) *Ductus mirabilis principium*, quod est ipse Dominus, Jehova, nimirum Deus Pater, qui Messia ductor est mirabilis: Christum mirabiliter in persecutione infantili duxit in Aegyptum Curator Joseph. Matt. II. 14. mirabilius ipsum duxit Diabolus de loco in locum Matt. IV. 5. 8. sed omnium mirabilissimus & miserabilissimus est *ductus passionalis*. Hic Deus Pater ad acerbissimos cruciatus Filium unigenitum ducit. Ducebat quidem ipsum Judas proditor, dum eum in hostium manus tradebat; ducebant ipsum lictores & milites, Sacerdotes & populi Seniores, sed de his nihil admiratione dignum potest afferri; cum fuerint ejus infensissimi hostes, & crudelissimi persecutores: sed quod ipse Deus pater ita ducit Filium, hoc prudentia carnalis, vel mundana capere nequit: fide tamen hoc credimus, unde David nos exhortatur: *Scitote, vel Cognoscite, quod Deus mirificavit sanctum suum*: debemus hoc ex verbo passionali cognoscere, cognitum certo scire, & quod scimus, firmiter credere, quod sanctus sanctorum ita mirabiliter à Deo nostri causa ductus sit. (2) *Ductus mirabilis modum, mirificavit*, er geht wunderbarlich mit ihm um: *velatus & absconditus fuit*, ita ut non tantum mirum, sed etiam miraculum sit in oculis nostris. In Hebraeo est *mirabiliter & stupendo modo tractavit*. *Carrus* aliàs *commoditatis* est medium, secundum illud vulgatum: *Es ist besser armselig gefahren / als hoffärtig gegangen*. *Carrus voluptatis* est signum, vel jucunditatis, sicut in agros, vel hortos, aut alia loca, singulari amœnitate jucunda curribus vehimur: *carrus utilitatis* est organum, quia plurimum utilitatis mediantibus curribus nobis & aliis afferre possumus. De prioribus nihil in *curris Dei* reperitur, nihil hic *commoditatis*, nihil *voluptatis*, multum tamen *utilitatis* invenitur: Ita Deus Pater ducit *sanctum suum*, ut in horto

*Ductus
mirabilis
modum:
lines cur-
sum.*

horte

HOMILIAE PASSIONALES

horto sudorem sanguineum emittat, horrores mortis & dolores inferni sentiat &c: omnia tamen nobis in redemptionem & salutem. (3) *Mirabilis ductus objectum sanctum suum* מִיֶּשֶׁה *mise- Ductus*
ricordem sibi, qui totus totus misericors est; vel ut alii volunt, *mirabilis*
sanctum sibi, qui non per Deum, nec per regenerationem, aut *objectum*
per imputatam sanctitatem, sed per sanctitatem propriam san-
ctus est, *Sanctus sanctorum*, *Christus Jesus*. Hunc *sanctum* καὶ
ἁγίου *sanctum* μονοτακτικῶς unicum Deus mirabiliter ducit, &
 hoc nos omnes agnoscere, veraq; fide percipere debemus, juxta
 Domini præceptum: *Scitote*, dicit *David*, quia *Deus mirificat san-*
ctum suum in passione, quia ab hoc mirabili ductu omnis nostra
 salus dependet. Hujus ductus peculiarem actum, videl. *passio- Passiona-*
nalem Christi captivi ad synedrium abductionem, nobis hic *Mat- li Christi*
thæa proponit, adducens (I) *Abductionis Captivi Salvatoris & captivi ad*
Actum v. 57. (II) *Abductionis Captivi Salvatoris scopum v. 57.* (III) *Ab- Synedri-*
ductionis Captivi Salvatoris eventum v. 58. um abdu-

Tract: Actus abductionis Christi Salvatoris primo loco pro Actio.
 ponitur v. 57. his verbis: *At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Cai- I. Actus*
pham, Principem Sacerdotum, quibus exponitur (1) *abductionis or- abductio-*
ganum, quo videlicet usi proceres sint ad *Jesum* abducendum, *nis.*
illi Jesum abduxisse dicuntur, qui ad eum captivandum emissi *Abductio-*
leguntur, nimirum *Cohors militum, custodes Templi, Ministri Sa- nis Orga-*
cerdotum, servi Phariseorum & Populi Seniorum, *Jesum* captivum *sum.*
 fecerant, & modo captivum abducebant, quasi re bene gesta,
 cum nihil eorum, quæ modo fiebant, intelligerent, nec ea, quæ
 Christus dixerat, attenderent, aut quæ graviter in *Epanorthotica*
concione monuerat, considerare vellent. Excæcati mentibus, &
 obdurati cordibus erant, adeoque turpiter in sceleribus suis ex-
 ultabant. (2) *Abductionis modum*, nimirum *Jesum tenentes duxerunt: Modum,*
 nam postquam *Jesum* cœperant, statim eum funibus; catenis, aut
 aliis vinculis ligaverunt *Job. XIX. 12.* sic igitur vinctum eum cru-
 deliter tenebant, & tenentes ducebant, maledictis, convitiis,
 blasphemis ipsum in via onerando, verberibus etiam, vel contu-
 sionibus sanctissimum corpus malè tranotando; & quidem instar
N 1 specta-

Terminum.

spectaculi per varias plateas de loco in locum eum deducunt, eumque obviantibus irridendum exponunt, vel etiam iis, quorum aedes prateribant, spectandum offerunt, sicut *Johannes XIX. v. 13.* indicat, quod eum in domum *Annae saceri Caiphae*, primum deduxerunt, ut hujus etiam *ἐπιχρῆσανταυ* auferent. (3) *Abductionis terminum*, quia ratione termini ad quem deducunt eum ad *Caipham, Principem Sacerdotum*, scilicet per illum annum currentem, ut *Joh. XIX. 12.* notatur. *Messias* magnam sacerdotibus summis prae aliis dignitatem, commoditatem & utilitatem, ceu typis & praecursoribus suis, gratiose concesserat, ut instar principum honorarentur, & in magnis Palatiis habitarent. Sed haec summa fuit ingratitude contra *Messiam Dominum*, quod eum in pontificis aulam irridendum, conspuendum, cruciandum & condemnandum deducunt, *O scelus!* Sed ita divinis beneficiis homines abutuntur, dum iis non ad *DEi gloriam*, sed ad gloriosi nominis ignominiam, carnisque concupiscentiam abutuntur.

II. Abductionis scopus.

II. *Abductionis Captivi Christi scopus* mox reliquis verbis, *37.* indicatur, ubi *Scribae & Seniores* convenerant, *Scopus* hic satis speciosus est, quod non de facto Christum occidant, & quasi per tumultum e medio tollant; sed verum juris processum instituant, eumque, ceu Doctorem, primum ad *Consistorium, vel Synedrium Ecclesiasticum* deducunt, qua ratione per viam juris omnia suscipere videntur: satis etiam dolosus est, quia turbam hoc pacto tranquillare, in partes suas trahere, & a Christo seducere poterant, ut fraude fieret, quod aperta vi tentare non auderent: satis denique malitiosus, quia nihil aliud, quam innocentissimi Christi mortem intendunt. Est autem, ut e seqq. patet, triplex scopus

Conciliaris & accusatio.

(1) *Conciliaris falsorum testimonium accusatio*, quia propterea Jesum offerri Synedrio curabant, ut concilium omne quaereret falsum testimonium contra Jesum: nam alibi nec melius, nec tutius, nec confidentius falsa sua testimonia producere poterant, quam in hoc nocturno, Diabolico potius Conciliabulo, sub principe tenebrarum instituto, & ad opera tenebrarum perficienda *Joh.*

III.

HOMILIAE PASSIONALES

III 20. convocato: dicuntur autem testimonium non invenisse, aut habuisse, sed quæsisisse, quo studium malevolum inquisitionis indicatur: cum enim nihil adversus ipsum haberent, vel sub aliquo prætextu veritatis invenirent, inquisitionem Synodicam & quasi *Hispanicam* adversus ipsum instituebant, idque tantum eo fine faciebant, ut eum morti traderent: & ad hunc scopum omnia respiciebant. Quantum verò studii conferebant in hac inquisitione, nihil tamen inveniebant; quia falsa testimonia conquisita non consentiebant. Falsum vero neutiqvam consentire potest: novissimè quidem duo falsi testes surrexerunt, eumque multis accusarunt, quod templum Domini destrueret, tribusque diebus illud reedificare voluerit. Sed nec in eo consensus erat, nec quicquam morte dignam afferebat. Falsa proinde testimonia frustra conquiri, summo Sacerdoti facile comparabat: aliis igitur artibus utendum esse, satius ipse judicavit. Hinc sequitur (2) *Conciliaris Captivi Salvatoris examinatio v. 62. seqq.* non enim videbatur summo Sacerdoti congruum sine examine dicere capitis sententiam, reumque non auditum condemnare; proinde judiciale quoddam examen instituere voluit: ut autem hoc ipsum instituere posset, ea de causa captivus *Jesus* in concilium hic deducendus erat. (3) *Conciliaris captivi Salvatoris condemnatio* hæc enim rhodus erat, & hic saltare volebant, quia condemnationem unice hostes Christi Salvatoris intendebant: neque solus pontifex eum vel excipere, vel ad mortem tradere volebat, sed potius ut in rebus arduis fieri consuevit, autoritate concilii rem omnem suscipere, totam causam expendere, omnium suffragio decidere, velut homo versutus, sibi tutissimum censebat, licet jam antea constitutum fuerit apud ipsos *Job XI. 50. XII. 14.* quod eum *Caiphæ* consilio ad mortem condemnare velint. Majori tamen applausu populi, & faciliori *Pilati* consensu se id effecturum, si totius Synedrii auctoritas accederet, facile videbat.

Conciliaris Examinatio.

Conciliaris condemnatio.

III. *Abductionis captivi Christi eventus v. 58.* notatur, in quo dicitur *Christi E-*
Petrus autem sequebatur eum a longe, usque in atrium Principis *Sa-*
verdo.

HOMILIAE PASSIONALES

Petri consecutio. *cerdotum, & ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem: quibus adducitur (1) Petri consecutio, quam priora verba notant: antea cum reliquis discipulis fugerat, & nec in captivitatem, multo minus in mortem, juxta thraconicam gloriationem v. 35. cum Christo concedere voluerat: sed Dominum deseruerat, & gravissimum propter hanc exinanitionem & captivitatem Domini scandalum conceperat: sed ex studio novitatis & curiositatis, ac historiae futurae avidus, Dominum & turbam citra necessitatem & vocationem omnem sequebatur: Si tempus hoc ex consilio Christi Luc. XXII. 40 precibus tribuisset, & cum reliquis discipulis abiisset in tutiorem locum, neutiquam in hoc gravissimum abnegationis & abjurationis peccatum incidisset. (2) Petri cum Ministris ingressio, quia non tantum aulam pontificis accessit, sed etiam intro statim ingressus est: cum enim observaret furorē militum, & servorum paulatim deseruisse, eosque partim sola Christi captivitate contentos, & in exagitando Domino potissimum occupatos esse, nec amplius, ut initio fiebat juveni sequenti Marc. XIV. 51. sine discrimine quoslibet arripere, paulatim audacior factus, & sic Pontificis aulam ingreditur: (Johannes dicit, eum ab alio discipulo, Pontifici, vel ejus domesticis familiari, fuisse introductum) & in medio servorum locum occupat, quae certe maxima fuit Petri temeritas, cum primis quia non verat optime, quod gravius servos Pontificis offendisset, quam ipse Dominus; nam ipse Malcho eadem hora, Domino repugnante, amputaverat auriculam, quam Dominus mox ingenti miraculo sanaverat. (3) Petri intentio, ut videret finem: non accedit eo fine, ut Christum liberaret, quia spem istam prorsus abjecerat, nec ut Christo se consociaret, sicut antea promiserat v. 33. nec ut cum ipso mortem animose subiret, quod itidem pollicitus erat v. 35. sed ut praeter reliquis primus historiam rei gestae cognosceret, & curiositatis affectum expleret, vel si Christus miraculo quodam omnes hostes suos opprimeret, ipse denuo se vltum praestaret, & audaciae suae specimen ederet, vel si miraculose manibus ipsorum evaderet, ut statim Domino praesens esset, & reli-*

reli-

HOMILIÆ PASSIONALES,

reliquis collegis in eo palmam præriperet. Sed curiositatis suæ præmium non adeo magnum retulit, & in abnegationis gravissimum peccatum incidit, quemadmodum Historia Passionis sequentibus exponit.

Nota Didactica.

1. *Vincula Christi non unius sunt generis: nam alia sunt (1) vincula* *Vincula* *nativitatis*, quia sicut puer alius fasciis involutus *Luc. II. 12.* (2) *Christi* *vincula passionis*, de quibus hic agitur, quando ligatus ad crucia- *varia-* *tus* & passiones. (3) *Vincula mortis*, quia post mortem ad sepul- *turam* quoque certis vinculis & ligamentis est involutus *cap.* *XXVII. 19.*

2. *Vincula Christi non sunt (1) Invita, sed spontanea*, quia hæc *Borum* *omnia* prævidit, & se sponte hostibus ad ligandum obtulit, quos *propria* *prius* in terram uno verbo dejecerat. (2) *non propria*, sed *aliena*, quia non pro se, sed pro nobis hæc vincula suscepit. (3) *non tam* *passiva*, quam *activa*, quia suis vinculis nos ab omnibus vinculis *spiritualibus* redemit, cum ejus ligatio sit nostra solutio, quia *Christus* vinculis suis nos à vinculis peccati, Diaboli, mortis & in- *ferni* redemit.

3. *Tenetur & ligatur Christus in horto*, quia protoplasti ne- *Ligatur* *stri* nimis liberè vagati sunt *per hortum* paradisi, & quam sua li- *Christus in* *bertate* perdiderunt, hanc Christus sua captivitate restituere *horto.* *voluit* felicitatem; Item quia nimis liberè vagatur anima nostra *per hortum* corporis, ejusque membris licentiosè sæpius abutitur.

4. *Concilium Hierosolymitanum non pro Christo, sed contra Concilia* *Christum* malitiosè congregatur, non *bonorum*, sed *malorum con-* *filiorum officina.*

5. *Aula* sæpius aut sunt, aut sunt *Schola* abnegationis, præ- *Aula.* *varitationis* & *apostatica defectionis*, ut hic exemplum Petri *monstrat.*

Nota Elenctica.

1. *Cum legimus teneri Jesum, caveamus, ne ab aliquo audiamus, &* *putemus, eum secundum divinitatem teneri, teneri invitum, teneri* *quasi*

HOMILIAE PASSIONALES

Quasi infirmum. Tenetur quidem, & ut dixit Johannes, ligatur secundum corporis veritatem. Sed va illis, qui ligant Verbum. Ligant enim, qui tantummodo Christum hominem putant Ligant, qui prescium non putant, qui omnipotentem non confitentur. Ambros. lib. X. in Luc. XXII. p. 195. quod contra Arianos, Socinianos, Calvinianos & alios notandum.

2. Caiphas, ut Pontifex summus, concilium hoc congregavit, & tamen in & cum Concilio graviter contra Deum, Christum & Dei Verbum erravit, quod contra Papistas observandum.

3. Petrus si voluisset, lapsum & peccatum abnegationis evitare potuisset, si nimirum Christo, ejusque verbo fuisset obediens, & secundum Christi concessionem cum reliquis abiisset Job. XII. 8. vel juxta præceptum ejus precibus illud tempus persecutionis tribuisset Luc. XXII, 40. Falsum igitur, quod ex necessitate quadam hunc malum actum evitare non potuerit, quæ Calvinianorum est sententia, quando statuunt, quod omnes, etiam mali actus ex necessitate quadam fiant, cum plures actus vel boni, vel mali, quam fiant, consistere nequeant.

HOMILIA XIV. PASSIONALIS

Ex MATTH. XXVI 59. 68.

DE CONSISTORIALI CHRISTI PASSIONE.

1. Reg.
XXI. 21.

Prel. Ex 1. Reg. XXI. ubi legimus, quod *Ahab*, Rex impius, & ad male agendum penitus venditus v. 21. per *Jesabelem*, scelestissimam Conjugem, falsos testes contra *Naboth* Israelitam, justissimum vineæ terrestris hæredem, & possessorem atq; cultorem, subornavit, ut ipsum criminis læsæ majestatis divinæ & regię v. 10. accusarent, & sub falsi testimonii specioso prætextu ipsum lapidarent atque trucidarent, ut *Ahab* vineam desiderata potiri posset: *Ahab* infernalis, rex omnium impiorum, & ipsemet impiissimus, per *Jesabelem* suam, *Synagogam judaicam Sacerdotum, Phariseorum & Seniorum Populi*, scelestissimam adulteram, falsos testes contra *Naboth*, verum Israelitam, Dei hominumq; Vi-

torem,

HOMILIÆ PASSIONALES,

Etorem, Christum Jesum, justissimum vineæ spiritualis, h. e. Ecclesiæ hæredem, possessorem & cultorem subordinavit, ut ipsum *blasphemiam erga Deum, & rebellionis contra Casarem*, accusarent, eumq̄ve specioso hoc prætextu trucidarent, ut *Abab infernalis* vineam occupare, devastare & pro lubitu extirpare posset. Testis ejus rei *Matthæus*, qui *Consistorialem passionem Christi* describens non unum falsorum testium genus producit, ex quo de *Consistoriali Christi Passione* modo paucis aliquid commentabimur.

Exord. Quando *Mesias* hostes suos *Psal. XXII.* inter alia v. 13. *Pf. XXII.* describit: *Circumdederant me tauri magni, tauri pingves obsederunt me:* sub figura *Taurorum* eos depingit, & quidem (1) propter *Hostes corporis statum*. Nam sicut *taurus* magnum & robustum est animal, quod sæpius cum bestiis crudelissimis, uris & leonibus, *Tauri* committitur: ita *summi Sacerdotes, Pharisei, Populiq̄, Seniores*, propter magna pollebant potentia, satisq̄ve robusti erant, qui crudelis corporis simis bestiis conferri poterunt: sicut *Taurus* in capite duo cornua statum gerit, quibus maximè ferocit: ita hostes Christi *Sacerdotali & judiciali potentia*, cujus (proh dolor!) custodes & administratores esse debebant, tanquam *duobus cornibus*, ferociebant, quibus supra modum fidebant: Sicut *taurus* cornutis suis pedibus facile quælibet conculcat, ita suis *cornutis pedibus*, h. e. *ministris & satellitibus*, illi Christum capiebant & conculcabant, (2) propter animi propter *aconatum*: sicut *taurus* ferocia & superbia munitum pectus habet, & nimirum nihil intentatum relinquit: ita *tauri* hi *mystici ferocia & superbia natum*, penitus scatebant, neq̄ve quicquam ad Christum interficiendum intentatum omittebant: sicut *taurus* ob internam pingvedinem *turget & tumet*, ita *Pontifices & Seniores* præ malitia penitus *tumescebant*: quia de causa *Mesias* h. l. *pingves Basan* adducit, quia terra *Basan* robustissimos & pingves maximè *tauros* ob fertilitatem pascuorum producebat. *Hieronymus* ducit: *Tauri dicuntur propter superbiam, pingves propter crassitudinem malitie*. Sicut *taurus* crudelis est, & sua crudelitate alia domestica superat animalia; ita *hostes Christi* maximè *crudeles* erant contra Christum, & omnem crudelitatem in ipsum evomebant. (3) propter vo-

HOMILIÆ PASSIONALES

propter **vocis bo-**
atum. **is boatum:** Hinc v. 14. subjungit: *Aperuerunt super me os suum, ut leo rapiens & rugiens.* Horrenda vox alias est taurorum, quando boatu suo ferocilocum omnem replent: sed ut horribilem boatum hostium Christi describeret *Psalmes*, non tantum naturalis boatus taurini sed prorsus *præternaturalis* facit mentionem, qualem rugitum leo rapiens & rugiens edere solet; per boatum & rugitum nihil aliud intelligit, quam *falsorum testium sibi contradicentium boatum, Pontificum & Phariseorum bestialem, blasphemis, convitiis & maledictis plenum rugitum:* sicut etiam patet ex *Historia Passionis*, quando non tantum *falsos testes*, sed etiam *Pontifices blasphemantes & ministros, Dominos suos sarcasticis illusionibus imitantes, Matthæus* describit, cum primis in *Consistoriali Passione*, quæ nunc ordine proponenda, vel exponenda venit, quæ ratione *Matthæus* adducit (I) *Consistorialis Passionis fundamenta* v. 56. 60. 61. (II) *Consistorialis Passionis irritamenta* v. 62. 63. 64. (III) *Consistorialis Passionis Complementa* v. 65. 66. 67. 68.

Consisto-
riale Pas-
sio. **I. Consi-**
storiale
Passionis
fundam-
enta. **Curiosa**
falsorum
testimoni-
orum in-
dagatio.

Tract. Juxta superius datam *œconomiam* quidem prius de *crudeli Christi Examine*, post de *crudeli ejus tractatione* foret agendum, sed propter ordinem *homiliarum & Disputationum*, nunc ad *Consistorialem Passionem* hæc duo generaliter revocamus. Quod I. concernit *Consistorialis Passionis fundamenta*, lubrica verè sunt, & nulla prorsus captivitaris & passionis Christi fundamenta, quæ v. 59. 60. 61. producuntur, in quibus *Matthæus* eorum tria videtur insinuare (I) *Curiosa falsorum testimoniorum indagatio* v. 59. *Principes autem Sacerdotum, & Seniores, & omne Concilium, quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut morti eum traderent,* quibus indicatur, quod *testimonia verè conficta* producta sint. Non enim *adsunt* contra Christum *testimonia*, sed *quærentur* & *malitiosè excogitantur* talia: *ἐζητήσαν*, *summo studio summa cura conquirebantur:* quærebant enim *falsa testimonia*, ne sine causa speciosa viderentur ipsum persequi. Hæc autem *falsa testimonia* non homines simplices, aut leves excogitant, sed ipsi *Pontifices, populi Seniores, totiusque Synedrii Assesores*, talia *studiose conquirunt.* *Horrendum est! Horrendum auditu*

HOMILIÆ PASSIONALES

auditu! qui falsos testes punire debebant ad DEI præceptum, hic falsa testimonia contra Christum, verumque Deum, non contra hominem, contra innocentem, non contra sceleratum & fontem, non contra maleficum, sed contra benefactorem & Salvatorē, ut nimirū ipsū occiderent, quæ pessima falsorum testimoniorū erat intentio. Sed ut falsa testimonia minimè *Numerosa* cohærere solent, ita nulla hic falsorum testimoniorum reperitur *falsorum* connexio, vel consensus, ut ex omnibus ne quidem unum sit veri-*testium* tati consentaneum, sic funden keines. (2) *Numerosa falsorum te. subornatio* *subornatio* v. 69. *Non invenerunt, licet multi falsi testes accessissent: flagitium est, falsum testem esse, scelus horrendum, falsos testes conducere: at nefandum penitus ac horrendum, autoritate publica, & quidem in Ecclesiastico Synedrio, falsos testes producere, audire, eorum falsa testimonia fovere & promovere.* Et tamen nullum scelus est tantum, quod humana non conscendat audacia, sicut h. l. nobis exemplo sunt infensissimi Christi hostes, qui autoritate publica in *Consistorio* falsos testes producunt, vident *Malitiosa* atq; norunt, lubenter eos audiunt, eosque fovent & promovent: sed pariter hi conatus irriti, sic funden keins, hoc est, *Christi* prorsus nihil invenire poterant, quod saltem specioso prætextu veritatis contra Salvatorem, ceu testimonium aliquod, *urgere* re valuissent. (3) *malitiosa verborum Christi depravatio* v. 61. *novissime venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, possum destruere templum DEI, & post triduum reedificare illud; duo testes surgunt, ut testimonium eò verius & firmitus esset, quia Deut: XIX. 15. in ore duorum consistit omne verum: sed ceu falsi testes surgunt, quia verbis Christi peregrinum sensum affingunt. Nam verba Job. III. 16. de templo corporis prolata, de Templo Judæorum externo, contra Christi mentem, exponunt, licet nec hoc eidem fuisset impossibile, nec quicquam morte dignum attulisset. Magnam hoc innocentiam Christi testimonium, quod in tota cohorte, in toto Synedrio, ne quidem unus sit inventus, qui criminis alicujus Christum convincere potuerit. Hoc enim, quod de Templo producant. nihil ἀνομίας continebat, nec in Deum, vel*

HOMILIAE PASSIONALES

in Dei legem impingebat; verum si Christus hoc fecisset, tantum in *culinas & crumenas Pontificum* peccasset, quia templum hoc; cultibus & sacrificiis divinis destinatum, ceu quandam aurifodina, Pontifices abhibebant, hanc Christus obstruxisset, si Templum destruxisset. Unde ad hoc, vel quasi, Pontifex ipse commo-

Consistorialis passionis irritamenta.

Pomposa

Pontificis Examinatio.

Irreligiosa Pontificis adjuratio.

vetur, tanquam plausibilem causam nactus Christum interrogandi, accusandi, examinandi, condemnandi, quia lucrum magis amat, quam Christum.

II. *Consistorialis passionis irritamenta v. 62 63. 64.* reperiuntur, in quibus triplex irritamentum proponitur (1) *Pomposa Pontificis Examinatio v. 62* Et surgens Princeps Sacerdotum, ait illi: *Nihil respondes ad ea, quae isti adversum te testificantur?* nam hoc pomposo examine turbas in Christum armare, & furorem ipsorum multiplicare contendebat: surgit, quasi magni quid gesturus, rigorosum examen suscepturus: sed nihil afferre Nequam valet praeter unicam quaestionem; *Nihil respondes ad ea, quae isti adversum te testificantur?* nimirum an concedere velit, de templo destruendo crimen objectum? Sed cum ipse iudex testibus sit similis, ideo nihil ipsi Dominus respondet, nec eum in futilibus ejusmodi vel testimoniis, vel accusationibus, responsione dignum judicat, ut silentio suo nostram, & cum primis Evæ garrulitatem expiaret. (2) *Irreligiosa Pontificis adjuratio v. 63.* Et Princeps Sacerdotum, nimirum propter silentium illud, & responsum dilatum, ait illi: *Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus, Filius Dei!* Scelus hoc utitur *adjuratione*, ut speciem religionis exhiberet, & milites contra Christum inflammaret, qui nec ipsi Pontifici, nisi per adjurationem coactus, ex pertinacia, vel superbia, quicquam responsionis dare vellet, ipsum etiam Christum vel ad responsionem & confessionem adigeret, vel si taceret, in profanum religionis contemptæ crimen incideret. Abutitur *nomine divino*, Christumque per Deum vivum adjurat, cum nihil minus, quam Dei curam haberet, saltem ut DEi facta mentione, vel facta per Deum vivum adjuratione, corda licitorum furore vehementer accenderet. *Quærit autem, num sic Christus?*

HOMILIÆ PASSIONALES

noverat enim Judæos talem captivum & miserum *Messiam* nec postulare, nec expectare, qui nulla potentia sit munitus, eosque contra Romanorum, & aliorum populorum tyrannidem multis *Gloriosa* exercitibus defendere posset, ideo sic furiosos animos ardore *vel animo* majori, seu furore vehementiori contra Christum incendere volebat, ut pluribus, iisque horribilioribus ludibriis & cruciatibus Christi ipsum exponeret. (3) *Gloriosa, vel animosa Christi testificatio* v. 64. *testificatio.* Dixit illi Jesus: Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, à modo videbitis Filium hominis, sedentem à dextris virtutis DEI, & venientem in nubibus caeli: Salvator Christus non timide, sed animosè, vereq; divina *παρρησία* respondet: Johannes c. XII. 20. plura *παρρησίας* documenta recenset. Christus autem in hac vere divina *παρρησία* testimonium dat de sua persona, quod verè sit homo, vereque DEI Filius, de officio, quod sit Christus, de regno, quod sit ad dextram Dei sedurus, & deniq; de universali iudicio, quod in nubibus caelestis ad iudicium sit venturus. Hoc omnium maximè animos ipsorum *Passionis* incendebat. Comple-

III. *Consistorialis Passionis Complementa* v. 65. 68. Patitur enim Christus hoc loco (1) à Pontifice summo v. 65. quia tunc Princeps Passus est Sacerdotum scindit vestimenta sua dicens: blasphemavit. Quid adhuc Christus à egemus vestibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? hæc ratione Pontifex gravissimam Christo passionem infligit, cum signis, vestem propter Christi responsum, ceu blasphemiam scindendo; tum dictis, dum ipsum disertis verbis blasphemum pronunciat: tum factis, quia testes alios frustraneos esse iudicat, ad omnium Assessorum testimonium provocat, & vota de Christi blasphemia, ejusq; poena, per illud: Quid vobis videtur? collectat (2) à toto Synedrio v. 66. quia illi respondentes dixerunt: Reus est mortis: sic omnes pronunciant, ipsum capitali supplicio dignum esse. Hæc omnia Salvator innocentissimus propter nos audire coactus, nimirum votorum roagationem, votorum collectionem, eorumq; contra se conpirationem, & inde manantem crudelissimam per vota Synedrii condemnationem, quæ omnia nihil aliud sunt, quam gravissimæ passiones. (3) à pravo
sodalitio.
vo so-

HOMILIAE PASSIONALES

vo sodalicio v. 67. 68. liquidem illi partim *sputis*, partim *pugnis*, partim etiam *sarcasmis*, eum pessime tractarunt, sicut *Matthaeus* perhibet, nim. *sputis* faciem ejus nefandis modis commacularunt, & prorsus deformarunt; *pugnis* & faciem, & caput & corpus contuderunt, & colaphis eum caedendo, & palmas in faciem ejus conjiciendo; & *sarcasmis*, quia tum propheticum, tum regium ejus officium exagitarunt, dicentes: *Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit?* Et sic nihil omiserunt, quod ad passiones Christi vel inchoandas, vel multiplicandas, vel aggravandas, momentum aliquod afferre posset.

Innocentia Christi.

Notæ Didacticæ.

1. *Falsorum testimoniorum conquisitio* manifestum est *innocentia Christi documentum*, sicut observat cum aliis *Origenes* ad h. l. Per hæc, inquit, manifestum est, quoniam peccatum non fecit Jesus, nec fuit dolus in ore ejus. Mundissimam autem fuisse vitam ipsius, & omnino irreprehensibilem, & auferentem occasiones eorum, qui quærunt occasiones, ex hoc demonstratur, quia non inveniebant Adversarii ejus, quod dicere possent adversus eum, vel colorare; sed quærebant omnes Sacerdotes & Concilium universum, & nihil verisimile poterant invenire. Quoniam falsa testimonia tunc locum habent, quando cum colore aliquo proferuntur: adversus Jesum autem nec color inveniebatur, qui posset contra Jesum adjuvare mendacia, & hoc cum essent multi, volentes gratiam tribuere Caiphæ & Principibus Sacerdotum, & Scribis & Senioribus, & universo Concilio, hoc ipsum audire desideranti. Et hæc qui considerat, maximam laudem exhibet Jesu propter vitam ejus & doctrinam ipsius, qui sic omnia irreprehensibiliter & dixit, & fecit, ut nullam verisimilitudinem reprehensionis invenirent in eo, nec mali, nec multi, nec tales astuti, nec ingeniosi.

Malitia Synedrui.

Examen accusatorum.

2. *Summa malitia hujus Synedrui* conspicitur ex omnibus circumstantiis, tum quia contra Christum congregantur, tum quia Christum multis accusare conantur, tum quia falsis testimoniis, cum alia documenta deficerent, rem omnem conficere moluntur,

tur,

HOMILIÆ PASSIONALES

tur, tum quia non unum, non paucos sed plurimos falsos testes in publico consistorio producere non verentur.

3. *Concilium malignantium* non sine examine Christum condemnare voluit, unde necessario debitum examen in omnibus judiciis est necessarium, nim. (1) *Examen respectu personarum*, ut conditionem personæ rectè judices cognoscant, quo de gravitate delicti & supplicii rectè judicare queant. Nam magna personarum etiam datur differentia, cum alii peccent ἐκ προαίρεσως, alii ἀνευ προαίρεσως; alii ex infirmitate, alii ex malitia; alii ex judicio, alii sine judicio; alii ex Diabolica seductione, alii ex plena deliberatione; alii ex melancholia, alii ex plena scientia & conscientia &c. (2) *Examen respectu factorum*, cum facta veniant in iudicium, & absq; iusto examine facta rectè cognosci nequeant. (3) *Examen respectu circumstantiarum*, quia in singulas circumstantias accuratè inquirendum est, cum circumstantiæ sæpius actiones multum variare dicantur.

Examen Christi.

4. *Examen* hoc institutum fuit (1) *De Christi persona* juxta *Matthæum* v. 63. *Marc. XIV. 61.* num sit *Christus Filius Dei.* (2) *de Christi doctrina* apud *Johannem XIX. 19.* (3) *de Christi vita*, vel *schola*, quia de discipulis & officio, cum primis prophético, Pontifex eum interrogavit & examinavit *Job. XIX. 19.*

Confessio Christi.

6. *Christus* in foro contradictionis & in casu Confessionis intrepide respondit, & divinam suam *παρρησίαν* ostendit, quo nos exemplo suo tum informaret, tum excitaret, ut semper essemus parati ad confessionem edendam *1. Pet. III. 15.*

Speculum Exinanitionis & Exaltationis.

1. *Illustre speculum status Exinanitionis & Exaltationis:* *Christus* n. quoad externam conditionem, captivus infirmus, & condemnatio- nis injuste canis datus; sed quoad internam confessionem est ipse *Dei Filius*, ad dextram *Dei* sessurus, & ad universale iudicium suo tempore rediturus. Hæc harmonia ignominie & glorie, quia in media ignominia *Christus* de gloria sua testatur.

Testes falsi.

Notæ Elencticæ.

1. *Matthæus* duos testes illos falsos appellat, qui tamen testimonium verum edidisse videntur ex illo *Job. II. 19.* Num hunc solvit

solvit

HOMILIAE PASSIONALES

solvit *Origenes* d.l. Non arbitraris, Matthæum duos hos testes sine causa falsos dixisse, cum vera viderentur esse testimonia eorum, ex eo, quod exponit Johannes, Christum dixisse: Solvite templum hoc &c: quando & additur: Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Sed vide versutiam falsorum testium duorum, qua persuasione utentes sumpta ab aliquo dicto vero, quod dixerat Jesus, finxerunt testimonium falsum. Jesus autem non dixit: Solvo templum hoc, & in tribus diebus suscito ipsum: sed solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum. Falsi autem testes retulerunt, eum dixisse, quod non fuerat dictum ab eo; nec dixit, possum solvere templum Dei, & in tribus diebus reædificare illud. Impietatem ergo solutionis templi non ipse promisit facere, sed illis, qui fuerant apti ad hujusmodi opus commisit, dicens: solvite templum hoc. Sibi autem quod reservavit, id est: Et ego in triduo suscitabo ipsum. Et quod ille dixit de templo corporis sui, Judæi præpediti malitia transaudierunt, & intellexerunt de templo illo lapideo. Quod manifestum est ex eo, quod respondentes dixerunt; Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus suscita illud?

*Examen
actum in
domo Caipha.*

*Concilia
non sunt
ejusdem
autorita-
tis cum
scriptura.*

2. *Examen de doctrina & Discipulis Christi Ammonius Alexandr.* in Harmon. Nonnus & alii nonnulli censent in Pontificis Annae domo fuisse institutum, sed ex circumstantiis textus apparet, quod potius in domo Caipha, qui summus sacerdos illius anni erat, fuerit susceptum.

3. Quod Concilia nec ex æquanda, nec præferenda sint Evangelii, aut divinis scripturis, vel ex hoc Concilio summorum Sacerdotum & aliorum Procerum est manifestum, adeoq; errant Papiste, quando cum Gregor: ex Epist. 24. l. 1. Reg. scribit: Sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suspicere & venerari me fateor. Et Gratianus dist. 10. can. in canonicis &c: asserit, Epistolas Pontificum decretales numerari debere inter scripturas Canonicas: & dist. 20. Can. Decretis, statuit Conciliorum Canones ejusdem esse autoritatis, cum Epistolis decretalibus.

Coll. Diss. A 162, misc 20